



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

XVII. De die Veneris ieiunanda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

XVII.

Quaque etiam die Veneris ieiunandum est, nisi festum sit.

XVIII.

Ordalii præterea & iurisiurandi administratio, nec non & matrimonii celebratio, in festis solennibus & ieiuniis quatuor temporum semper prohibentur: & ab aduentu Domini ad octauas vsque epiphaniæ, & a septuagesima ad quintamdecimam noctem vltra pascha, sit interuallum illud tempus sanctum: ita scilicet vt pax & concordia, vti decet, inter Christianos habeantur, & omnis dissensio componatur. Et si quis alteri ex fideiussione quid debuerit, aut rei alicuius mundanæ satisfactionem, studiose iam persoluat, aut mox postea.

XIX.

Viduæ ad minus bis senos menses sub præsidio Dei atque regis pura se contineant viduitate, deinceps virum eligant vt voluerint.

XX.

Vnusquisque Christianus (prout fidei suæ in primis necessarium est) Christianitatem suam curet diligentius, & frequenter adeat confessionem, & pudore posito sua confiteatur peccata, & quam ei imposuerit sacerdos emendationem sedulus exequatur. Reuerenter etiam præparatus quisque ad-

Eucharistia  
ter in anno  
adeunda.

XXI.

Verba & opera (vt amicos decet) recte quisque disponat, & iusiurandum pactamque fidem caute

Fides pacta  
tenenda.